L.B.S.D. eumque ad hujus de ictero disputationis solennitam ... invitat / [Augustin Heinrich Fasch].

Contributors

Fasch, Augustin Heinrich, 1639-1690. Universität Jena.

Publication/Creation

[Jenae]: [Krebs?], [1685]

Persistent URL

https://wellcomecollection.org/works/vnj8myca

License and attribution

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.



Wellcome Collection 183 Euston Road London NW1 2BE UK T +44 (0)20 7611 8722 E library@wellcomecollection.org https://wellcomecollection.org

DECANUS FACULTATIS MEDICAE

AUGUSTINUS HENRICUS FASCHIUS, D.

Anatom. Chirurg. & Botanic.
Prof. Publ.
Archiater Duc. Sax.

L. B. S, D.

EUMQVE

ad hujus de ICTERO disputationis

officiose & amice invitat.

FACULTATIS MEDICAE

CALLED AND THE STATE OF THE PARTY OF THE PAR

AUGUSTINUS HENRICUS LAS CHIUS, D.

Anatom, Chiring. & Borain.

Anchiater Duc. Sax.

ELMONE

ad anjus de ICTERO disputationis

officiose & arrice



Junquam lex naturæ inversa conspicitur in microcosmô,
sanè in vulgaris quidem notitiæ, non
autem adeò vulgaris facilitatis, morbi icterici productione observabilis

illa est.

-Onlin

Massæ sanguineæ vigorem, caloremque insttum à justa sulphurearum salinarumque volatilium
particularum symmetrià de pendere, quis ambiget
unquam? His benè sibi invicem respondentibus,
valet calor, valet color, valet vigor, valent omnes
subindè omnium partium actiones; & hæc eò magis omnia invicem sirmitudinem nanciscuntur, quò
mag's omnia secundum ordinem naturæ persiciuntur.

Quemadmodum autem bîlis succis vitalibus, sanguini nempê atque lymphæ, convenienti harmonia commista corpori incredibilem parat utilitatem; ita contrà, ab illa vel accensa omnis generis sebres resultant; vel suxiliori reddita ac à frence libera, omnis generis prosluvia excitantur; vel spissiori seda aut gelatinascente, vigor natura incipit languere, spiritus torpescere, languor augeri partium, & propter essusant in habitum corporis bi-

)(2

lem

lem flavus ac citrinus pulchetrimo corpori inducitur color, quem victoriam bilis citrina eapropter nominare sueverunt Veteres.

Eructari aliàs quæ solet bilis ex Massa Sanguinea reflua per hepatis colatoriam substantiam, tàm per vesiculam hujus purioris collectioni destinatam, quam per ductum hepaticum ejusdem. crassioris excretioni dicatum, demum per utrique communem χοληδόχον ducenda in duodenum, jam propter obstructionem aut compressionem aliquam ductuum stagnare incipit, aut propter gelatinositatem à peregrino austerôque succo adeptam spissescit partim in ramis ductus hepatici, refluis mixta sanguini & lymphæ hæc crocea excrementitiæ bilis tinctura ad cor & per hujus circulum cum novô sanguine ad omnem corporis peripheriam ducitur, ut integumentum coriaceum, & quicquid naturaliter albicans visitur, flavedine crocea decoloret; partim in cystide ordinaria magis horrenda & intricatissima inducit phænomena, quando vel in calculos vel in grumos coagulata est. Hoc ipsum autem confirmabunt dux memoratione dignissima historiæ, à nobis observatæ, quas brevissimis attingere licitum erit.

Prima in metallis expoliendis aliàs artifice Ensifabro, qui sibi ex venesicio dolores & cruciatus, tanquam carbones vivos in hypochondriò dextrò hærentes, per integrum vicennium sirmissimè crediderat; post mortem verò biliaria cystis mirum quantum dilatata, & 3646. granulis, majoribus pariter ac

mino-

minoribus, referta deprehensa est, unicuique adhuc

demonstrabilis.

Altera in fæmina quadam, cystidem nominatam coagulata bile adeò repletam exhibebat mihi sectori, pisis majoribus, quadrangularibus & ex parte rotundis, omnibus tamen quasi pictis, numerò XLIII. refertam.

Nolo tamen his jam immorari diutius, in commodius tempus delaturus examen. Quas verò radices agat ICTERUS, & qui resultet, in disputatione sua Inaugurali eruditè proponit Clarissimus

JOHANNES MARTINUS HOFMANNUS,

Medicinæ Doctorandus solertissimus:

cujus natales studiorumque rationem, more con-

fueto, nunc adnectemus.

Natus Is est Numburgi, celebri Misniæ urbe, anno M DC LIIX, Mense Septembri, Virô prudentia & rei pharmaceuticæ peritia conspicuo, Jobanne Hosmanno, Pharmacopæo ac Judice jam hic Oppidano spectabili, & Matre Elsabetha Dorothea, Matrona laudatissima, ex summi illius Theandri, B. Doct. Martini Lutheri Nepote, Virô maximè reverendo, Johanne Ernesto Luthero, Capituli Cizensis quondam Seniore venerando, Filia.

Curæ autem cordique fuit Parentibus optimis, ut filiolum teneris adhuc in annis pietati, literis ac moribus adfuefacerent; hinc Præceptoribus commisêre eum scholæ h. l. trivialis, ut elementis primisêre eum scholæ h. l. trivialis, ut elementis primisére eum scholæ h. l. trivialis, ut elementis primisére.

Callerin (3) (3) the control of mis

mis imbueretur, animusque ad studia majora meli-

us præpararetur.

Quô facto, anno M DC LXXIV. suasu Parentûm scholæ Provinciali Rudolphopolitanæ insertus Clarissimos invenit Præceptores, M. Johannem Schwimmerum, Rectorem indies benè merentem, & Joh. Christophorum Treunerum, Conrectorem, Philologum optimum, vòr vòr ca apious; quos per quadriennium sideliter sectatus est.

Humanioribus imbutus literis ad Nos rediit iterum, nomenque Academiæ dedit anno M DC LXXVII, ut incepta alacrius prosequi studia posset; eapropter publice privatimque in Logicis audivit Maxime reverendum ac Excellentissimum Valentinum Velthemium, SS. Theol. Doct. t. t. Log. & Metaphys. hodie verò Theologiæ Prof. Publ. famigeratissimum; in Physicis Nob. ac Excellentiss. Casparem Posnerum, Prof. meritissimum.

Cum verò ipsi præ reliquis arrideret studium medicum, conjungere statim placuit ipsa exercitia medica philosophicis, frequentando Nobilissimorum Experientiss. Excellentissimorum Virorum & Prosessorum Medicinæ celeberrimorum, tam Rudolphi Wilbelmi Krausii scholas de diæta mulierum & infantum, ejusdemque demonstrationes chimicas; quam Gerorgii Wolfgangi Wedelii lectiones institutionales; item de simplicium cognitione, de materia medica & practicum collegium in Balthas. Timæi à Gissous senses estudiorum profectus ostenderet eruditis, sub præsidio prælaudati

D. Wedelii Agrum paralyticum speciminis academiti locô publicè & cum laude exhibuit. Ego verò cùm simul in testimonium vocer, certò assirmo Nostrum in botanicis, anatomicis & chirurgicis mihi sedulò adstitise meque audivisse, quoties serret occasio.

Ut verò cum peregrinis versari disceret, suasur Parentum Patronorumque bienniò præteritò ad exteros abiit, & Belgium visitans Professores inclutos D. Drelincurtium, D. Craën, D. Garolum de Maets, D. Schachtium, qui Nestrum simul in Nosocomia duxit, & D. Hermannum, notabili cum fructu audivit docentes & demonstrantes; & cum Inaugurales ibid. haberentur disputationes, aliquot vicibus opponendo sese exercuit.

Ulterius excitatus Britannicum Noster transiit fretum & Anglia Metropolin, Londinum, post Winzoriam, propter Equites periscelidis coerulea celebrem, & tandem Oxoniensem cursorie contemplatus est Academiam.

Paucos post menses vocatus iterum in Germaniam, per Alsatiam rediens Argentoratum aliasque
nobiles ac celeberrimas Imperii Urbes visitavit ac
perlustravit.

Redux verò ut praxi publicæ animum adplicaret eò majori cum laude, consensu Parentum non ita pridem Nomen suum Facultati nostræ dedit, simulque ea, qua decet, humanitate ac reverentia in numerum recipi Candidatorum petiit. Quò impetratò, ad examina admissus, dignus judicatus suit, qui disputationem Inauguralem de ICTERO sub præsidio WEDELIANO propediem publico exponat examini.

Huic vero solennitati dicatus est dies XXVII.

Maji; Itaque ad Eandem Rector Magnificus, Incluti Academiæ Proceres, Doctores, Professores,

Magistri, & Omnes, qui Medicinæ Fautores vel sunt,


vel esse volunt, gratissima præsentia cohonestandam

ut compareant, jam sub sigillo Facultatis officiose &

peramanter rogo. Dab. Jenæ M DC LXXXV.

Maji X X IV.

sie, de La Brossanien a potebili com frod ara divis



softlando celeberrinas limparis Urbas villariraci

entes ed mid tel com fander tracke for for Provence me non

rather women farmilla cultured nomen deallers.

multing ca, quit decet, inumentate ac revelentia in

appropriate Candidana and the State of Continue

son signature time b quilling a unique rate (furner

militaries of grand amount of a sep el

(4)(4)

eld un provi goldless or mont adoli-